

βάλλεσθαι σοφῶν μητίεσι dici nequit; nec magis ἀμφιβάλλεσθαι pro πλέκεσθαι. στέφανος ἀμφιβάλλεται ταῖς κόμαις vel τὰς κόμας. Ex usu et analogia saltem ὕμνος ἀμφιβάλλεται Κρόνου παῖδα κελαδῶν; seu vt hymnus amplectatur eum quem celebrat, seu vt ad auditum referatur, vt apud Homerum: Ἰππων μὲν ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὐατα βάλλει: haec essent graeca; neutrum tamen satisfacit. Quanto accommodatius illud quod Ol. III, 18 *Pisa*: τὰς ἀπο Δεῦμοροι νίσσοντ' ἐπ' ἀνθρώπους αἰοιδά. Poteritne sic pro ἐπέρχεται accipi ἀμφιβάλλεται? Porro v. 16. ἰκομένους, ἰκομένοις, ἰκόμενοι, etsi nullum est, quod contortis rationibus cum ceteris non iungi possit, nullum tamen satis conuenit. Tolerabile est, ἰκόμενοι cum αὐδάσομεν iunctum, vt reliqua in medio posita sint. Lenior nexus foret, si et ipse hymnus esset ἰκόμενος. Mirum quoque est, duo epitheta mox eidem voci adiecta esse ab eadem notione petita: ἐστίαν ἀφνεὰν μάκαιραν.

43. Concedo virorum doctorum monitis et redeo ad vulgarem rationem in istis: ἢ θαύματα πολλά. Sequentia variis modis iungi possunt. Si iunxeris: μῦθοι ἐξαπατῶντι ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον, esset: *fabulae decipiunt plus quam veritas*; atqui veritas non decipit, non deludit. Itaque alteram viam ingressus eram, vt essent μῦθοι δεδαυδαμένοι ψεύδειν ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον, seu, vt e Schol. legendum videtur, ὑπὲρ τὰν ἀλαθῆ φάτιν *narrationes praeter, supra, veritatem commentis ingeniosis ornatae homines deludunt*. Interea illa: καὶ πού τι καὶ sana esse non arbitror; nimis ieiuna sunt. Ad v. 46 sq. cf. Nem. VII, 32 sq. In v. 52 ἔμμενα τὸ πολλάκις bene emendauit Gedik. V. C. ἔμμενά τι π.

55. μείων αἰτία usu loquendi Pindarico ὀλίγη et hoc pro οὐδεμία. ita in nullam reprehensionem incurrit. Ita P. I, 159. μείων ἐπέται μῶμος, et P. XI. 45 οὐ μείονα